Tu bene transmissum tibi censum possidis heres
Res non parua docet · triplicatis iuncta talentis
Monstrat abocadui reuocatum partibus orbis
Quod supplex captum transmittit gallia uulgus
Efferate uiso dedicerunt pectora flecti
Armatum precibus superasti maxime regem
Sic pugnax gladios obtundit uerbere lingua
Sic expugnat ferrum uerborum lammina fortis
Nam si fanda ferunt sociant qui maxima paruis
Sic expectat dn̄m domitatis uilicus aruis
Cum bene molitus incuruidente ligonis
Scribit agros · faciemque soli sic pectit aratris
Ut spumet plenis currens uindimia labris
Inseret externas peregrino in cespite plantas
Aduena coniunctis sociatur nexibus arbor
Truncatur stirpes demessum falce maritat
Uirgultum · tenero lignum mordetur hiatu
Germine nobilitas consurgit non sua paruo
Surculos ignoto coalescit munere diues
Dum madefacta nouo iungit plantari a libro
Pestanis pariter depingit terga rosetis
Regios agresti uestitur murice campus
Lilia prontidae funduntur lumine calces
Tunc pingit uiolas · cytisosculo casia caltas
Cinnama syrpillum · narcisdis balsamae cosmos
Tunc rediuiua seritque portat germina fenix
Hunc iubet adueniens dn̄s discumbere seruum
Surgit et ipse suis manibus dat fercula mensae
Sic tua ter denis animarum cultor in annis
Halant rura rosas · interpellata nec ullis
Frigoribus marcescit humus · quam uere perenni
Seruat odorato meritorum cespite doctor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0066